

nere corpus, non econtrâ? Ut clareat magis qua fide dignus sit hiccine delirus circa præsentem materiam, audiendus: de genijs loquens *ferm. 27. inuit: Ego tamen, ut de me ipso loquar, neque Achillem, neque Hectorem vidi, Asculapium vidi, non tamen in somnis: Herculem quoque, sed vigilans vidi.* Testis oculatus est; sed non credendus, imò in mentem revocandus rapis. Magiam cæcædemonis redolet huiusmodi visio: de qua Bulenger. 2. *advers. Magos* cap. 12. ex Plotino, & Porphyrio & Iamblico: *Enthæsticè videtur, cum nec mente, nec imaginatione, sed oculis solis divinas, quasdam visiones per ærem delatas inspicimus.* *Ægyptij thuris liquore, vel bællio oculos oblientes, Deos se videre aiunt.* *Assyrij sacerdotibus bracteis.* Ita enim gloriantur Græci visionis animæ Cecropis immolatione galli gallinacci: de quo Kircherius ubi *supr. lib. 4. Hierogrammatism.* 4. *Aptius ipse Tyrius in princip. ferm. 26. Qui dæmonem adire velit (ait) amictu induitur lineo, talari, purpureoque, libaque in manibus habens, supinus angusto ingreditur ostiolo: ubi vel visu vel auditu consequitur, ut cum inde egresserit, sibi ipse interpretet vatesque fiat.* Sit ergo sui sibi interpret, vatesque tanquam Dæmonem vilus, qui ter maximus.

32 Quàm hæccine & similia occurrunt in Profano, accipienda, imò repetenda nostra, quæ ab illo mala fide retenta. Unde dignus plausu & summo N. Emin. Aguirre (si virum dixi, satis dixi) qui ex thesauro antiquitatis circa cognitionem Ethnicorum de existentia, ac natura Angelica protulit vetera & nova. Cuncta illius volumina spectatissima; sed nullum ampliore iure Eucæ thronum, præclaræque famæ meruit, quàm *Salmanticens. Ludorum.* Ex ludis cognovit orbis genium & Auctoris ingenium. Ita valet, dum levibus magna cura. Quid in ferijs, qui ferio lusi? Matris deviet, ut fludium puerile fatiscat. Zoili, atque Aristarchi plurimi exiere, illico ut luce donatum vulumen; sed dentibus tabescentes fremebant, formidantes ab hoc Hercule vel cunis angues disrumpi. Mortuo leoni lepores insultarunt. Ad manus RR. P. M. Fr. Iosephi Fernandez nostræ Congregationis Generalis Doctoris: de quo egi *Tautolog.* 3. n. 42. pervenit quoddam involucrum foliorum, seu ineptiarum, titulo *Lucubrations otiositatis;* re verâ, otiositas lucubrationum: fatius esset otiosum auctorem esse, quàm nihil agere: igitur nullus micabat vigiliarum labor, ubi superfluebat cordis venenati livor. Gravis sententia erat, & fastidiosa, nimia austeritate severa, nec comitate ullâ, vel extimâ urbanitate condita. Intimè punctus Magister mihi uti discipulo folia tradidit, quæ minime luci publicæ exposita, tenebris digna. Miratus sum non doctrinam, sed insipientiam: non paraphoram, id est, errorem mentis, sed petulantiam obcecationis: dixique illud Nazianz. in *Orat. Funeb. Basil. Ad maledicos sermo pertinet noster, qui ex his quibus alios calumniantur, subsidium querere solent: cum ut canit Martialis lib. 1. Epigr. 67.*

*Aliena quisquis recitat, & querit famam,
Non emere librum, sed silentium debet.*

Papa (in simili eventu dixit Anaxidorus apud Plutarchum de Urbe Thebis) quàm difficile, aliquem vanitate & superstitione invenire liberum! Alij his perturbacionibus implentur ex imperitia, aut imbecillitate animi. Alij, quo viri religiosi & præcellentes habeantur, actionibus suis divinitatis opinionem adiungunt; somniaque & spectra, & aliam eiusmodi speciem obtendunt ijs, quæ ipsis in mentem veniunt. Longè sum à censura Philisti taxantis Aristotelem & Platonem, de qua Plutarch. in *Nicia*, in init. Sed placet, quod profert Kircher. ubi *supr. lib. 1. cap. 3. in Digress. Ita quibusdam ingenijs (inquit) à natura comparatum est; ut ijs potissimum rebus, quæ longo sæculorum ordine à quibusdam doctissimis Auctoribus in pretio & estimatione fuerunt, suamque auctoritatem solidissimâ doctrinâ vicesque sine violentia sustinuerunt; expurgendis, infringendis, penitusque abolendis operam impendant: quo quidem nihil aliud profectò habere videntur, nisi ut doctrinam tot insipientium, graviumque virorum, estimatione partem, prorsus aboleant; aliosque hoc pacto omnium præteritorum temporum Scriptores cæcos fuisse se verò solos Aristarchos illud Auctore sollicitus ambicentes, insolenti sanè & intolerabili ostentatione mundo venditent. Sibi sanè videntur ex ruina famæ alienæ, templum structuros in propriam famam: at quo fundamine? Disserit Seneca *Epist. 83. Rerum maximarum probationes levissimas & perplexas fecerunt: quæ ut sint vera, mendacio tamen similes sunt. Vult nos ab ebrietate detertere Zeno. Audi ergo quemadmodum colligat, virum bonum non futurum ebrium: Ebrius secretum sermonem nemo committit; viro autem bono committit; ergo vir bonus ebrius non erit. Quemadmodum oppo-**

Maxim. Ty.

Euleng.

Quid ut Eibnici viderent optatae Maxim. Sye

Plausibilis per ludos Salmanticens. Car. din. de Agui. rre.

Calumniantes in eum.

Greg. Naz.

Martial.

Plutarch.

Isotichia.

Kircher.

Ineptia & ruge pro scientiarum Specimine.

Senec.

stâ interrogazione simili derideatur, attende: satis enim est unam ponere ex multis; Dormienti nemo sermonem secretum committit: viro bono autem committit: ergo vir bonus non dormit. Præclarum ratiocinium! Talia sciat, qui multa vult ignorare. Dicam appositè quod Policianus *Miscellan.* cap. 75. *Multa in eo commentaria vana ridiculaque Auctor confingit, comminisciturque ex tempore, commodoque suo: quibus fidem facit, aut se frontem penitus amississe, aut tara magnum sibi fuisse intervallum inter frontem & linguam, ut frons comprimere linguam non poterit.*

33 Quoad potui, opus perferat sum, invenique humanas literas nec à limine salutallè. Quoad Theologiam iudicet lector: indicabo articulum. Pro viribus defendit Deiparam non habuisse Genium insidiantem, seu impugnatorem ex mente Bernardi *super Missus* est, Homil. 2. num. 4. ubi Mellissus Doctor inquit: *Ipsa conteret caput tuum. Cui hæc servata victoria est, nisi Maria? Ipsa proculdubio caput contrivit venenatum, quæ omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia reduxit ad nihilum.* Ex quibus ita ratiocinatur: *Ergo si ad nihilum redacta est impugnatio, nullus planè relinquatur impugnator.* Io: consequens oppositi clarius inferitur: igitur sine impugnatore non est impugnatio: quia in conflictu milites ingulati, nullus incurfus? Nullum bellum aperto Marte, & clausum canente? quia ad nihilum redactus cum Angelis suis draco Lucifer, negandum est prælium inter ipsum & Michaëlem? Quia amissa victoria, non fuit pugna? Quia recessit à Christo victus in deserto, non asserenda tentatio? Quomodo corona sine certamine? Victoria sanè ex propugnatione, & hostis contrarietate: *Certamen forte dedit illi, ut vinceret.* Sap. 10. 12. id est, dedit illi Deus auxilium, ut vinceret vel in validissimo certamine. Quid opus sacris? Dicit vel Ethnicus, ut vidimus num. 23. *Descendisti ad Olympia, sed nemo præter te. Coronam habes, victoriam non habes, &c. Marcei sine adversario virtus. Tunc apparet quanta sit, quantum valeat, polleatque, cum quid possit patientia offendit: dicit idem ibid. cap. 2.* Si ergo ad nihil redacta est impugnatio facta in Virgine, habuit quippe impugnatorem. Deinde: tam de carnis illecebra, quàm de mentis superbia redacta ad nihilum omnimoda maligni suggestio. Ergo iuxta Bernardum fuit impugnatio. An sine impugnatione suggestio? A se nequibat suggestio habere Virgo, quia fomes ligatus, potius extinctus, ut ex plurim. DD. asserit Suarez in 3. part. *D. Thom.* disp. 4. Tom. 2. sect. 5. ergo ab impugnatore. Contraria sanè astruit auctoritate Bernardi. Qui ausus tentare filii m, quomodo non Matrem? *Ei cecidit ad palmam* (ait Gerfon. *tract. 4.* super *Magnificat*) *victoria multiplici, & laureole, ut coronaretur, quæ legitime certasset; quia non ut Eva succubuit tentationi.* Quomodo Virgo tentata per omnia capitula vitæ, vividè expressum à Vener. Maria à Iesu, tom. 2. *Givit. Mystic.* cap. 27. & 28. Ita ergo anonymus ætrem verberans digladiatur, & gladio lingua.

34 Possit exemplar moderationis, urbanitatis & reverentiæ fumere à N. Doctissimo. Navarro, Salmanticens. Academiæ & Congregationis Benedictinæ præclaro ornamento, qui licet sententiæ contrariæ Achilles cataphractus, Eminentissimum impugnatur, sed quomodo? dissentit, sed quo ingenio? advertatur, sed quo cultu? Menti Cardinalis refragatur, sed in profundum disputationis cruditione non vulgari, & venâ divite, enucleato penitiori sensu testimoniorum Priscorum, solidem misit, stabello pro rete literarum expansio. Proprius illi, quàm Apuleio in huiusmodi quaestione elogium Volaterrani, lib. 13. *Comment. Urban.* ubi: *Omnigenæ vir eloquentia, & diversam ab antiquis ingressus viam, novum dicendi genus assumpsit. In verbis enim novus, in sententijs creber, in transitionibus audax, in inventionibus acutus, in elocutione varius, ut in ipsis operibus licet deprehendere. Nil ultra. Illius disputatio ingeniosa, non adoxa, nec hypothesis atopa, ut Gellij verbis utar lib. 17. cap. 12. Mentem ergo ita exponit præfatus Doctor: *Vocibus Genitorum, Dæmonum, Heroum, Larium, &c. animum duntaxat humanam pro diversis statibus & vitæ meritis signarunt Ethnici Philosophi, & nunquam Angelos. Ly Duntaxat intolerabile mihi videtur (absit verbo invidia) equidem clariora video. Nec defuerunt, qui olim animas hominum Genios, lares, demones esse dicerent (uti observant Gyrard. *Syntagm.* 15. in *Genio.* Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 298. Plutarc. de *Deific.* Oracul. Stobæus *tit. 42.* & Maiolus tom. 7. *Colloq.* 1.) de quorum astellis ait Daniel Bartholi in *Charact. bon. lit.* p. 2. *Ferale has umbras, & veri experte evocare, non est mundum novis scientijs, sed antiquis erroribus ditare, nec magistrum fieri, & ararum, sed discipulum veterum, eodem cum illis auctoramento, & pretio; ut eorum nobilitatem, & vigiliam somnia obliolo deleat.* Sic Priscorum aliqui delirarunt, sed nulli ulias**

Ang. Polician.

Bernard.

Deipara habuit Angelum impugnatorem.

Senec.

Gerf.

Volaterr.

Sententiæ Navarri.

Qui dicitur Genios esse hominum animas.

Taxantur. ullius proferetur auctoritas, qua nec dum clareat, sed nec micet ly Duntaxat. Patcat, si manu habetur, vel in Heraclij puteo tremula absconditur. Quid intelligendum, dum ab his anima separata dicitur Lar, Genius, vel Damon, infra videbimus, num. 73.

Non Stoici. 35. Mentis Philosophorum longe fuisse ab huiusmodi sensu, testimonia probabunt, & dogmata exposita à DD. clarissimis, ne fides suspicetur. Stoici immortalitatem animæ asserunt, morique ascribebant cum corpore. Vide Augustin. libell. de Spiritu & anima: imò Aristot. lib. 1. de Anima. De Zenone asseruit Stobæus lib. 1. Eclogar. Seneca seipsum prodit, in Troad. vers. 395.

Senec. Quo regimur spiritus effluet. Post mortem nihil est. Queris, quo iaceas post obitum loco? Quo non nata iacent. Mors indivisa est noxia corpori, nec parvens anima.

Lipf. Perpende amentiam eius, de Consolat. ad Marciam cap. ult. Nos quoque (ait) felices anima, & aterna sortita, cum Deo visum erit, iterum ista moliri, labentibus cunctis, in antiqua elementa vertemur. Ubi Lipsius n. 372. Ex hac clausula vides animarum immortalitatem destrui. Apud Homer. & Virgil. usquequaque de oppetentibus dicitur: Anima in aëra affluit. Eodem delirio debachabantur Epicurei. Unde Augustin. 6. Confess. c. 16. n. 1. Epicurum (inquit) accepturum fuisse palmam in animo meo, nisi ego credidissem post mortem restare anima vitam, & tractus meritorum, quod Epicurus credere noluit. Ita Plutarchus refert & de Defect. Orac. & de Placit. Phil. lib. 1. cap. 8. ubi immortalitas animarum irrisiones & cachinni dicitur Epicureorum. Hanc etiam semitam inter Iudæos sequebantur Sadducei. Act. 23. 8. Ex quo claret, nullum horum animas separatas posse dicere damonas, genios, lares, &c. si non erant animæ separatae. De nihilo nihil affirmari, vel negari potest. Quomodo, si post corporis obitum redactæ ad nihilum, habere quibant statum? Longè est huiusmodi dogma à ly Duntaxat.

August. 16. n. 1. Epicurum (inquit) accepturum fuisse palmam in animo meo, nisi ego credidissem post mortem restare anima vitam, & tractus meritorum, quod Epicurus credere noluit. Ita Plutarchus refert & de Defect. Orac. & de Placit. Phil. lib. 1. cap. 8. ubi immortalitas animarum irrisiones & cachinni dicitur Epicureorum. Hanc etiam semitam inter Iudæos sequebantur Sadducei. Act. 23. 8. Ex quo claret, nullum horum animas separatas posse dicere damonas, genios, lares, &c. si non erant animæ separatae. De nihilo nihil affirmari, vel negari potest. Quomodo, si post corporis obitum redactæ ad nihilum, habere quibant statum? Longè est huiusmodi dogma à ly Duntaxat.

36. Platonis, Platoniorumque mentem expressit Angel. Magist. 2. 2. q. 94. art. 1. in corp. ubi: Platonici posuerunt unum esse summum Deum causam omnium: post quem ponebant esse substantias quasdam spirituales à summo Deo creatas, quas Deos nominabant, participatione scilicet divinitatis: nos autem eas Angelos dicimus. Post quos ponebant animas celestium corporum, & sub his demones, quos dicebant esse aërea quedam animalia: & sub his ponebant animas hominum, quas per virtutis meritum ad Deorum vel demonum societatem assumi credebant. & his omnibus cultum divinitatis exhibebant. Distingtio adhuc in errore claret: igitur si post Angelos & demones ponebant animas hominum, nequibant animæ esse demones & Angeli. Angelicus Doctor non habebat mentem præoccupatam lætæ & intellectus Ethnicorum testimonijs. Astipulatur Maiolus ubi supr. Colloq. 3. m. fol. 100. Gentiles Philosophi, ut Platonici, Genios quos Demonas dixerunt, in tres classes & ordines, tribus locorum generibus distinctos dispartiti sunt, in Supercaelestes, Cælestes, & Subcaelestes. Supercaelestes dixerunt eos, qui collocati degunt supra bosca nostros caelos. Hi præ cæteris propter excellentiam appellantur Dij, quia in his statuunt singularem divinitatis participationem. Horum officium, semper Deo adstare, Deum laudare, celebrare & colere: deinde acceptum à Deo lumen inferioribus ordinibus impertiri, singulisque singula officia distribuere. Hæc est classis prima. Altera est Angelorum celestium, qui præsentis caelis rotandis, stellisque movendis, &c. Tertia est eorum, qui infra caelum, spheramve Luna usque ad ultimas terre partes habitant, quibusque sublunaria omnia à Deo dicuntur commissa. Horum autem dicunt regni & provincijs, alios urbibus, domibusque, ac singulis hominibus præesse. Huius inferioris mundi nullus ferè locus, nullum creaturarum, nullum actio-num, negotiorumque genus est, cui non huius classis Angelos, demonaque præfererint. Hic autem, ut vides, nec memoria de animabus. Idem asserit de Magis Indis ibid. Colloq. 1. in init. cuius testimonio superfedo, & ob brevitatis causam, & quia abest animus à turgida pagina, ut respondeam proposito.

Arhenagor. 37. Thales (ait Athenagoras in Legation. pro Christianis ad Augustos Marcum Aur. & Commod.) primus divisi in Deum, in Demonas, & in Heroas; sed Deum putat mentem mundi; demonas, mentes, & essentias spirituales; Heroas, animas hominum separatas: bonos demones bonas animas esse, malos malas. Sensum videbimus infra à n. 71. & 72. Quid Aristoteles? Sufficeret testimonium impugnatoris, asserentis Proleg. 1. num. 3. eiusdem mentis cum Platone fuisse: ac astringendum DD. fulcro. Kircher. in Obelise. lib. 1. cap. 3. in Digress. ex Pfello & Plethone in Zoroast. Oracul. inquit: Postquam multa de Deo & intelligentijs, de Ideis in mente divina existentibus, de Geniorum &

Dæmonum choris, & varijs classibus in dictis oraculis contentis, disceptarunt; tandem totum discursum bis verbis claudunt: Plato quidem & Aristoteles plures ex enumeratis opiniones receperunt. Delicet quas Bulengerus lib. 1. de Magia, cap. 23. Aristoteles (dicens) Angelos & intelligentias agnovit: confirmatque Suarez Metaph. disp. 35. sect. 1. num. 24. De intelligentia horum Doctorem nemo dubitat: an animus præoccupatus? Absit.

38. Socrates apud Aristotelem 3. Rhetoric. cap. 18. signat quasdam substantias separatas, quas Deos & Demonas vocat; quin fit mentio de animabus. Hesiodus (inquit Plutarch. de Orac. d.) distinctè exposuit princeps ratione utentium genera quatuor, Deos, inde Demonas multos & bonos, mox Heroas, tunc homines, Semidjs inter Heroas repositis. Unde ille in Dieb. canit v. 145.

Heroas Divum genus, qui vocantur Semidoi. Pythagorici demonas esse sanxerunt substantias animales, sicut Heroas à corporibus amotas animas: ait Cæc. Rhodig. lib. 2. cap. 3. Cur autem dicantur intelligentia Animalis & Rationales, infra num. 68. v. 69. dicemus: consideranda tamen est distinctio harum substantiarum ab amotis à corporibus animabus (quæ sic Heroas) ut clareat idem non esse. Sic igitur discriminetur in Carm. aur. Deos, Demones inferos, & Heroas. Restat Maximus Tyrius, de cuius mente non ambigit impugnator 1. Prolegom. num. 12. intendit in probationem existentia Dæmonum, & Geniorum. Sufficit nobis: si existentiam incumbit probare, patet clare cognovisse, & aliquid sublimius esse naturam, cuius notitia, astruere conabatur existentiam. Pro quo observandum, Priscos non intelligendo custodiam Angelorum errore ductos credidisse, Appollinem, Minervam, vel Iunonem in arduis iuvare alumnos, seu clientes: ridet Tyrius theologiam ignematicam, civilem, aut fabularem, iuxta quam signenta Poëtarum representabant in theatris (Videlicet D. Thom. loc. cit. num. 36.) & astruit naturalem seu Physicam theologiam, quam Philosophi considerabant in mundo, docebant in scholis, & ita fatetur: Non hoc ago, neque te ita ineptum in coniectanda veritate censo, ut quod enigmatice descriptum sit (scilicet in Minerva, Appolline, & Iunone) id te credam ad historiam transferre velle; sed potius ex veris his nominibus, corporibusve (cuncta arbitrabantur aliqui Priscorum cum corpore, id est, cum entitate, seu essentia de quo latè Lipsius in Physiolog. Stoic. lib. 2. cap. 4. & 5.) divinas quasdam intelligere potentias fortunatissimis viris, sive per vigiliam, sive in somnis assiscentes. Harum si nullas recipis, vide ne tibi eodem tempore sit cum Homero depugnandum, oracula funditus tollenda, antiqua fama refragandum, insomnia ejicienda, Socrates valere dimittendas. Hunc demonem vocat substantiam præstantiorem humanam, inferiorem divinam. Animam præstantior, inferiorque se ipsa? Ergo distinguit à Damone & Genio, cuius substantia divina inferior, & humanam præstantior. Hinc in fine ferm. 26. de Genio, & Damone inquit: Torvus hic, ille hominum amator: hic civilis, ille militaris. Consona hæc theologiz nostræ, repugnantque animæ separatae, vel immerse in corpus: unde subdit: At ubi animam videris sequestum, dic illum nec custodem, nec Genium habere. Ergo Genius non est animus. An anima animæ custos? An anima anima Genius? An sui ipsius custodia custodia? An sibi superior & inferior? Ipse dicit ferm. 27. Quomodo capiet mens esse animam animi? Ergo distinguendus Genius ab anima. Id si non sit, ubinam ratiocinatio consistet, in infinitum usque progrediens? Plura sanequam ludicra Tyrius profert, sed plura proficua. Quomodo autem anima in dæmone evadit, ita ut nihil sit dæmon, quam nudus animus corpore deposito, postea videbimus num. 73.

39. Sic igitur & non alia mente, Genius aliquid deserere dicitur, ut refert Ammianus lib. Hist. 21. Bulenger. loc. cit. cap. 26. & Delt. 3. Comment. in Tragæd. Senec. Act. 1. v. 1. Medæe, de Constantio Imperatore, quem paulo ante obitum Genius salutis tutelaris dereliquit. Anima nequibat deserere ante mortem. Ergo Angelus, qui Genius, de cuius essentia ferm. 27. Tyrius: A Deo secunda est immortalium classis, qui Dij Medioximi dicuntur, mediam regionem qua iacet inter caelum & terram, obtinentes; Dij quidem potentia minores, hominibus longè meliores, Deorum penitus ministri, præsidet tamen hominum, Dij proximi, ac hominum curatores diligentissimi. Magno namque intervallo mortale ab immortalibus, & aspectu caelesti, & consuetudine discluditur (id est, Deus ab hominibus) ac propterea Dæmonibus est opus: Angelis nempe, medijs quibus Deus homines custodit, illuminat, &c. Quid clarius? Unde cogitatio de genibus? Tam hic quam præfati Philosophi Ethnici nihil de statu animarum loquuntur.

Kircher.

Buleng.

Nec Sacra nec Hesiodus, Plutarch.

Hesiod.

Nec Pythagoras, & afflicta.

Nec Maximus Tyrius.

Max. Tyrius

Idem

Idem

tur. Quomodo illorum mens de Genijs, Laribus, &c. retorquenda ad animarum status? Distinctio inter animas & Genios, vel Dæmones bonos & malos ex ipsis Ethnicis claret. Plato lib. 4. de Legibus, tres Deorum ordines ponit, Deos, Dæmones, & Herois: id est, Deos, Angelos, & animas separatas, de quo num. 65. & 71. Eulebius lib. 4. cap. 1. Prepar. Evangel. ait: Græci primum Deum esse dicunt, qui sit super omnia primus, omnium Deus, pater & Rex: post quem genus secundum esse Deorum, tertium Dæmonum, quartum Heroum. Vides Deum, Angelos bonos, & malos, & Animas separatas, iuxta dicta ex D. Thom. num. 36. Plutarch. de Placit. Philosoph. lib. 1. cap. 8. distinguit utrumque: Genios (ait) essentias esse animales: Herois animas, quæ corporibus excesserunt. M. Varro apud Kircher. lib. 3. cap. 2. in Obelisc. infit: Omnia mundana spatia plena Genijs & animabus. Cæcl. Rhodig. lib. 2. cap. 2. ex Timæo docet: Timæus prodit temperatos animos nostros ob opifice Deo in eodem cratere, ex eisdemque elementis cum cælestibus animis. Distinguenturque? Vel cæcus videt.

40 Dicit Theologia Primarius, & almæ Universitatis Primiærius, Proleg. 1. num. 365. Nemo erit de re ista quomodolibet sapiens, qui censet eò collimasse sensum sit expressum Ethnicorum, ut Angelos nostros, substantias videlicet intellectuales, completas, separatas, & per se subsistentes, uni tantum Deo, atque eius famulatui deservientes, significare voluerint. Procul enim tantus sensus erat ab illis, qui solo lumine naturali, atque tot erroribus, circa ipsas animas sibi conjunctiores, obscurato, pertingere non poterant ad nobilissimam Angelorum naturam, valde à nostra remotam, perscrutandam.

En aeneum propugnaculum. Machina corruet, si arrietur testimonijs Ethnicorum. Hoc opus, hic labor. Singillatim procedendum. Substantias intellectuales. Aristotel. 12. Metaph. cap. 8. nominat primas substantias & intelligentias separatas, quas 1. de Cæl. cap. 9. collocat supra cælum, dicitque entia quedam sempiterna, nullis alterationibus, vel passionibus subiecta, quorum felicitas & beatitudo in contemplatione posita est: subdit 10. Ethic. cap. 8. Hinc Tertull. in Apolog. cap. 22. infit: Atque adeo dicimus esse substantias quasdam spirituales: nec nomen novum est. Sciunt Dæmonas Philosophi. Suprà vidimus num. 37. ex Thalete Mentis & essentias spirituales. & num. 36. ex Platonis, substantias spirituales: ubi D. Thomas: Nos autem eas Angelos dicimus. Pfellus in Oracul. Zoroast. præter distinctionem animarum & intelligentiarum, his spiritualitatem tribuit. Non anima tantum è paterno semine producta sunt, sed omnes etiam ordines superiores inde origines suas habuere: atque in substantijs incorporeis alia signa sunt. Zoroaster sanè anterior Socrate & Platone. Vide Kircherium lib. 4. Hierogrammatism. 1.

41 Non tantum dicti Angeli intellectuales substantia: sed & completa. Porphy. lib. de Bona anim: seu Eupsyche dicit, Spiritus dæmonum esse sine proportione, ut ad corpus habet anima: & Buleng. ubi supr. cap. 25. ex Platone Deos vocat veros, æviterinos (vox Catholica) à corporis contagione sua quidem naturà remotos, ingenio ad summam beatitudinem porrecto, nullius extrarivj boni participatione, sed ex bono & ad omniam competentia prono nutu, facili, simplici & absoluto. Hoc igitur sensu Tyrius vocat Divinas quasdam potentias. Similiter Ethnicos Philosophos non latuit Angelos esse substantias separatas, & per se subsistentes, ut astruit Suarez ubi supr. D. Thom. Opusc. 15. cap. 4. de Aristotele dicit: Ex sola consideratione motuum prevenit ad ponendam intellectuales substantias separatas. Magi (de quibus Zephyrus in cap. 22. Apolog. Tertull. ait: Persarum omnium optimi, qui & philosophi, & Philotei dicti sunt) apud Maiolium ubi supr. Colloq. 1. pag. 3. plaudunt Angelos supercælestes mentes, à corpore penitus sejunctas, & spirituales quasi sphaeras ad unitatem seu centrum Dei: & ibid. fol. 11. ex diversis Philosophis, Angeli dicti Genij, & dæmones à scientia: propter eminentem cognitionem, Substantia & Intelligentia: item Forma abstractæ & separata, scilicet à materia, seu mole corporea: Mentis item à propria natura: à Pello Chaldæis perhibentur dicti Noerij, quid sint mentes & intellectus, seu substantia corporis expertes. Denique Pavonius Theob. natural. distinct. 6. cap. 4. num. 1243. ait: Intelligentias à Philosophis putari substantias completas incorporeas expertesque materiâ; quos Theologi Angelos vocant.

42 Restat: Uni tantum Deo servientes. Plato apud Cæl. Rhodigin. lib. 2. cap. 3. cum Deos vocasset substantias spirituales, quos nos Angelos (nec novum in Scripturis igitur usquequaque dicti Elobim) distinguit inter summum Deum, & huiuscemodi intelligentias, subdens: Quisquis est hic, aut quantuscumque, unus est, verus, bonus: veritas

Nullus bo-
rum non di-
stinxit ani-
mas & ge-
nios
Euseb.
Plotarch.
Varro.
Cæl. Rhod.
Navarr.
Angeli etiã
apud Ethni-
cos intellige-
ntia & sub-
stantia spi-
rituales.
Aristot.
Tertull.
Zoroast.
Porph.
Et comple-
ta.
Separatæ &
per se subsi-
stentes.
Zephir.
Maiol.
Pavon.
Uni Deo ser-
vientes.
Plat.

ritas una, bona: bonitas una, vera. Cateri non tam Dij, quam ministri. Minucius Felix in Octav. de Othone Philospho dicit: Verum Deum meritâ maiestate prosequitur & Angelos, id est, ministros & nuncios Dei, sed veri, eiusque venerationis novit asisistere, ut ex nutu ipso & vultu Domini terribi contremiscant. Hocine testimonium invenies etiam apud D. Cyprian. libell. de Idol. vanitat. de Defect. Orac. ex Heraclione, Dæmonas (ait) Deorum esse ministros, non Deos. Ex Demetrio subinde: Apud Saturnum multos Dæmonas esse famulos, & ministros. Denique Maxim. Tyrius, ut vidimus num. 39. Deorum penitus ministri. Omnia adamusim expanfa, nescio an ad votum. Si causa Ethnicorum ignorantia circa existentiam Angelorum fuit, illos fugisse notitiam sustantiarum intellectualium, completarum, separatarum, per se subsistentium, uni tantum Deo, eiusque famulatui deservientium, astricta, ut patet, notitia, patebit etiam non tantum Angelos sub odore habuisse, cogitasse, sed cognovisse.

43 In sacra pagina claret notitia Angelorum. Qua de causa agrè fero quòd tantus Doctor Proleg. 4. num. 79. asserat, in libris nimirum Mosaiicis, obscuram esse Angelorum notitiam; quasi caput tantummodò primum Genesios essent libri Mosaiici, quo ænigmatice describitur Angelorum creatio. Quot sunt testimonio de Angelis in Pentateuco, quod propriè libri Moyse? Vinginti septem. Quod fanè magis miror: equidem premisit. Proleg. 1. n. 17. (videns Philosophorum auctoritates conceptis verbis exprimere, quod ex facris literis latentur, & profitentur Catholici) Loca illa fuisse ab eis ex interpolata Moyse historia furtim deprompta. Quomodo si conceptis verbis apud Ethnicos ex Moyse historia, in libris Moyse Angelorum obscura notitia? Ipse se urget, & sibi cedit. Gratulor. Nihilominus tamen (infit Proleg. 4. num. 173.) negare nequeo, plurimos Philosophos, qui nascentem verâ sapientia plenam Ecclesiam nostram, eiusque primæva tempora viderunt, sensisse horum & aliorum effectuum mirabilem auctores fuisse Angelos nostros; ut qui de istorum existentia, natura & muneribus potuerunt tunc à nostris Doctõribus audire, & discere, quæ antea & suo naturali lumini inaccessible, penitus ignorabant. Si ita in lege gratia, quippini tramite legis scriptæ? Vidimus à Doctõribus, & Theologis Hebræis didicisse paganos: quo ergo pacto Plato non potuit cognoscere ad Hebræis, & ab illis furari, quæ ad sua deliria detorsit? Qua arte ex interpolata historia Moyse, si nullam ab Hebræis de Angelis Plato notitiam hausit, ut num. 79. Navarrus fateatur? Quid quòd Ieremie esset synchronus, vel non? An quia mortuus Ieremias, prophetia eius & volumina extincta? Quomodo intelligendum illud Act. 8. 30. Legentem Isaiam Prophetam? Vivebat fortè tunc Isaias? Opus auctoris dicitur auctor, ut Augustinum vel Ciceronem lego. An quia Plato in Ægypto non invenit Hebræos, à quibus de existentia Angelorum doceretur? Mirabile dictum! Qua in regione colonias non habuerunt Hebræi? Notant Expositores & PP. ad illud Act. 2. 5. Erant in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. Ex Ierofolymis Iudæi scribunt pacem Iudæis, qui sunt per Ægyptum. 2. Mach. 1. 1. Alia num. 78. Etiam soluta captivitate plurimi Hebræorum manserunt in Persia: imò ante captivitatem diversis provincijs debebant. Ab his igitur Pagani edoceri potuerunt, & facilius multò, cum exundante Iudeorum multitudine, patrijs excessere limitibus, & orbis terrarum plerisque regionibus sedes fixerunt. Hucusque Sherlog, ubi supr. num. 18. Quid his opus? Antiquior erat in Ægypto, ut videbimus, num. 56. Angelorum notitia: unde Sanctius in 7. Act. Apost. num. 60. inquit: A Iacob, & Ioseph tradita esse quam plurima Ægyptijs, quæ nos habemus in Scriptura, ut de formatione hominis, de diluvio, de turre Babylonis, de paradiso, de lapsu Angelorum, & ab his rursus accepisse Græcos, involvisseque obscuræ, & magna ex parte mendosæ, in suis fabulis. Ex Scriptura sanequam colligitur, igitur Psalm. 104. 22. de Pharaone dicitur, principem constituisse Iosephum, ut erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret. Ita observant Roa Singular. lib. 5. cap. 6. ex Clement. Alex. lib. 6. Stromat. cap. 2. & latè Eugin. de Perenn. Philosoph. tot. lib. 8. & 9. Hoc astruere superfluum, cum oppositum potius indulgendum, quam impugnandum.

44 Conceptis igitur verbis Ethnicis dicunt de Angelis, quæ diversis in locis promit Scriptura sacra: perferretur ergo, ut astruamus parallela testimonia. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te & custodiat in via, & introducat in locum, quem paravi, &c. Exod. 23. 20. Priusquam existerent Philosophi Græci, descripsit Mercurius Trimegisti figurâ humana feminea, superiori parte nuda, reliqua tecta variegatæ sedis, quæ infidès indifcretis pedibus, manu dextra sceptrum upuræ capite insignitum tenet, sinistra effica-

Offhan.
Heracl.
Max. Tyr.
In sacra pagina clara Angelorum notitia.
Navarr.
Ante Christi Angelos cognoscere Ethnicis.
A. 8. 30.
Sherlog.
Ægyptijs à Patriarchis
Pl. 104. 22.
Hieroglyphicam totius nature Angelticæ.
Mer. Trimegister

cter contracta, tutulum capite sustinet flammeum, & duobus aspidibus cervice tun-
 dis, ex circulis & ex pennis constat; cui à dextra & à sinistra duæ aliæ sub figura hu-
 mana imagines, capillorum profusio conspicuæ, pedibusque discretis adsunt. Quid
 hoc? Dicit scrutator vigilantissimus Antiquitatis Kircherius lib. 5. *Obelisc. Pampb.*
Sebematism. 1. Hierogram. 2. Itaque triformis Numinis, circulis agitati in mundum
intellectualem (sive Angelicum, quem Ægyptij Genialem vocant, pramittit ibid. cap. 2.)
sive Geniorum processum, exhibet Genius (figura prima) ideo dicitur, quod in omni
formis Numinis gestat in capite, ut in se miram supremi Numinis in rerum administra-
tione providentiam exprimat: adeoque triforme Numen sub ipsius Genij forma in intel-
lectualem mundum agitatum intelligatur; ut proinde ipsum Ægyptij passim cum ipsa
supremo Numine confundant: atque adeo paleire hoc nomen quadret ijs, que sacre lita-
re de Angelo narrant Exod. 23. Et est nomen meum in illo, &c. videnda ibid. Huic
Ethnicorum assisunt duæ aliæ imagines, & pari pacto Genialis nature indices. Quod ut pateat,
de Angelis sciendum, Deum, tametsi omnia in omnibus operetur; Spirituum tamen, quos Genios
Ægyptij, sive secundos Deos vocant, in administranda Mundi machina uti ministria
& famulatu. Epictetus lib. 1. Dissert. cap. 14. inquit: Etiam custodem cuique nostrum
addidit, & Genium curatorem. Ille autem Genius (ait Lipsius in Epist. 83. Senec. n. 1.)
est habitans in nobis Deus, etsi de adsistente etiam capias verè. Vidimus ex Tyrio n. 39.
Dij proximi, at hominum curatores diligentissimi. Quid expressius, dum dicitur Matth.
18. 10. Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris? Adiditque Maximus ibid.
serm. 27. Avert præterea ex insita clementia, eos proprium reducere in gregem. Nonne
apprime delicatum: Non dimittet, cum peccaveris? Pro reliquis sacris periodis illicò
subdit: Quin & errantibus succurrit: præceptum enim accepit à Deo, ut terram revisi-
sat (idem dicitur, Zachar. 1. à vers. 10. & de Satan. Job. 1. 7-2. 2.) miscaturque
universæ mortalium nature, fortune, menti atque arti, bonos adjuvans, oppressos
sublevoans, contumeliosis iudicium statuens & poenam. Ita Profanus, cum scripserit
Moyse: Inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus
meus.

45 Eodem sensu Psalm. 90. 11. dicitur: *Angelis suis mandavit de te, ut custo-*
diant te in omnibus, &c. Testimonium expositum etiam à diabolo, *Matth. 4. 6.* Rime-
 mur furtum Profani Platonis apud Apuleium. *Ex hac sublimiori demonum copia (ait de*
Deo Socrat.) Plato autumat, singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos
additos; qui nemini conspicui, semper adsunt, arbitri omnium non modò actorum; sed
etiam cogitationum: at ubi vita editè remeandum est, eundem illum, qui nobis prædi-
ctus fuit, rapere veluti custodiam suam ad iudicium, aique illic in cau-
sa dicenda assistere: si qua commentatur, redarguere: si qua vera dicit, asserere: & prop-
rius illius testimonio ferri sententiam. Proinde vos omnes, qui hanc Platonis divinam
sententiam, me interprete, auscultatis, ita animos vestros ad quacunquæ vel agenda, vel
meditanda formate; ut sciatis, nihil omnino præ istis custodibus nec intra animum, nec
foris esse secreti, quin omnia curiose ille participet, omnia visat, omnia intelligat, in
Deo Angelo
Custode mi-
ra sententia.
 ipsius que penitissimis mentibus vice conscientie diversetur. Hic, quem dico, prorsus custos,
 singularis præfectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, assi-
 dius observator, individuis arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bono-
 rum probator, si ritè advertatur, seculò cognoscatur, religiose colatur; in rebus incerti-
 tum propeccor, dubijs præmonitor, periculosus tutator, egentis opitulor, qui tibi queat
 tum in omnibus, tum sigais, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala aver-
 runcare, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, se-
 cunda regere, adversa corrigere. Perspiciorane sunt apud Bernardum? Furfur Ethni-
 cismi excutiat, & micabit dogma catholicum. Idem videris apud Hesiod. de Dieb.
 & oper. vers. 250. Plautumque in Prolog. *Rudent.* Sic igitur Epictetus ubi dudum in-
 fit: *Deus addidit unicuique Genium, & talem, qui nec conniveat, nec dormiat.* Haud
 discretè Psalm. 120. 4. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.* Unde
 ex Oraculo Apollinis Æneas Gazæus in Dialog. *Theiphrast.* inquit:
Spiritus immortales ad vestros usus creati sunt ante vos,
Et ante mundum à Deo conditum.

Orac. Apoll.
 Plura alia videris apud Engubinum ubi supr. & Clement. Alexandr. tum in *Proteptic.*
 tum lib. 5. *Sermon.* cap. 6. & 7.

Kircher.

Testimonia
Ethnicorum
de Angelis
consona sa-
crii.
Epictet.
Lipl.

Max. Tyr.

De Angelo
custodia.

Apulei.

De Angelo
Custode mi-
ra sententia.

Orac. Apoll.

Ad

46 Ad alia decursus. Bulenger. quò supr. cap. 23. *Melius sentiunt, qui ab An-*
gelis superiora corpora moveri docent, & inferiora à superioribus, ut Aristoteles lib. 8.
Physic. cap. 6. unde Job. 9. Sub quo curvantur, qui portant orbem. Quomodò & qui
 sint, qui curventur, diximus ex Mago Osthane, n. 42. Præsidere regnis (quod nobis
 manifestum ex Daniele 10. 20. ubi signat Principes Perfarum & Græcorum) asserunt
 frequenter Ethnici. Tyrius loc. citat. subdit: *Neque tamen icircò omnis indifferenter*
omnia administrat, quin potius negotijs discretis, aliis aliam provinciam capit. Hinc
 dicit genij loci, & tutelares, de quo opima seges apud Ethnicos. Videris Virgil. 5.
Æneid. vers. 95-7. vers. 136. Pontan. & La-Zerd. hic. Delt. in Senec. Agamemnon. 388.
 & in *Troad. vers. 53.* quib. in loc. cogerit selectissima Antiquitatis rudera. Ex PP. Cle-
 ment. Roman. lib. 2. *Recogn. Isidor. lib. 1. de Summ. bono, cap. 2. Nicephor. lib. 3.*
Histor. Eccles. cap. 4. Arcias ex Philone astruit in 2. Apocalypf. Iosephus lib. 6. de Bell.
Judaic. cap. 6. Cunaus de Rep. Hebr. lib. 1. cap. 7. Plutarch. in Græcis, de Tiberio
 inquit: *Dum Carthaginem restituit, permulta impedimenta à Genio loci tradunt oppo-*
 sita. Quinimò acerrimus Paganismi propugnator Symmach. Consul in libelli. ad Theo-
 dos. *August. ait: Varios castodes urbibus mens divina distribuit; ut anima nascentibus,*
 ita populis fatales Genij dividantur. Quid si noscerent inter huiusmodi Genios locorum
 oppositiones? *Principes regni Perfarum restitit mihi, dicit Custos Israël loc.*
 præf. Daniel. vers. 13. & 20. *Nunc revertar, ut præter adversum principem Perfarum.*
 Quid Ethnici? *Eodem modo se habent Typhonica & Titanica, que Demonum fuerunt*
 cum *Demonibus pagne: inde superatorum fuga. Ægyptij sub hieroglyphicis Typhosis*
 & *Chiridis signarunt, ut fuse discucit Kircher. quo supr. lib. 3. cap. 9. qui lib. 4. in Idea,*
Hierogram. 1. inquit: Cum enim siverent certa alicui regioni certos Genios præsidere, sub
 quorum tutela omnia illius regionis essent, eosque alterius regionis præsidibus putarent
 contrarios; hinc sola Ægyptie telluris animantia in sacra magia usum assumpserunt, &c.
 Hoc ergo intuitu Athenienses, arbitantes Paulum spermolegum, dum Christum au-
 ribus eorum inferebat, dixerunt: *Novorum Demoniorum videtur annunciator.* Act.
 17. 18.

47 Casus Luciferi ac reliquorum desertorum notus etiam Ethnicis. Plutarchus
 loc. cit. de quodam fanatico, seu arreptitio dicit: *Casus esse ingentes Demonum prædi-*
cat. Unde? Dicit Euripid. in Electr. vers. 979.
 An hæc *Alastor, malusque Demon dixit, asimulatus Deo?*
 Quint. Curtius lib. 6. cap. 11. *Incausimus in superbiam, nec Dijs, quibus se aequat, nec ho-*
minibus, quibus se eximit, tolerabilem. Porphyrius Platonicus de Electr. *Philosophia, de*
 malis demonibus, eorumque antesignano (quo semel imbuta, servat factorem huiusmodi
 testa diu) inquit: *Mali demones volunt esse Dijs, & ea potestas, que ipsi præst, Deus*
maximus haberi vult. Ad unguem propositi Cæli. Rhodig. lib. 2. cap. 7. Nos in literis
 (ait) antiquioribus à Phæreica traditum observavimus, *Damonas olim cælo lapsos, quod*
 nostra continet doctrina, *Opronæumque nuncupatum, hoc est, demonicum Serpentem, qui*
 antesignanus fuit agminis, à divine mentis placito deficientis. In mysterijs exploratum
 illud quoque, loquem quandoque demones inferiores ad inferna deturbasse. Adde, quod &
 Pythagorica doctrina hoc ipsum referre ferè optentius animadvertitur: dum fractis alii ani-
 mam labi è cælo fingunt, inque novem distribuunt gradus, tanquam novenarium Ange-
 lorum chorum. *Quin & in Sermone qui est de Fænore, Plutarchus Empedoclem eiusmodi*
demonum lapsam novisse significat, &c. Verùm & illud singulare dignum admiratione,
Poëtarum Principem Homerum, Bessarionis calculo, Ates nomine (quem interpretamur
noxiæm) Luciferi de cælo lapsum, vel nature eminentioris sublimitate, vel quod Mysiæ
introspexisset modo aliquo sacraria, nescientibus præmonstrasse; quum Iliad. 19. v. 126.
canit: Iupiter

Iratus animo suo iuravit firmum iuramentum,
Nunquam in Olympum & Cælum stellatum
Redituram Aten, que omnes infortunio afficit:
Sic fatus eiecit è cælo stellato, manu rotans.

Idem de Mercurio Trimegisto narrat Lactant. lib. 2. *Dro. Infit. cap. 15. & alij quam-*
 plurimi videnti apud Sherlog. loc. cit. n. 114. *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed*
rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos: ait Petrus 2. Epist. 2. 4.
Sub larva Cupidinis, de quo Taut. 7. num. 3. & veritate philantia, describit Laur. Ha-
chtan, in Microcosm. Emblem. 3. cuius epigraphæ: Quomodò cecidisti Lucifer!

Buleng.

Max. Tyr.
Angeli præ-
sides Pro-
vinciarum.

Symmach.

Plutarch.

Kircher.

Euripid.

Q. Curt.

Porphyr.
Lapsi
causa lap-
si Luciferi
Ethnici
etiam nota.

Cæli Rhod.

Homer.

Sherl.

Dz

Dicitur in cælis se Dis iunxisse Cupido,
 Quos telis etiam læsit & ipse suis.
 Sæpius exorti cum seditione tumultus,
 Dum facibus Superos, dum petit igne Deas.
 Iupiter hinc puerum phætrâ spoliavit & alis,
 Et iusta pepulit mox ratione Polo.
 Debuit arva pater sic grata relinquere primus:
 Lucifer è cælo sic quoque pulsus erat.

Laur. Hecke

Huiusmodi narratio non est theologiæ civilis, nec Mythologiæ, sed sublimioris doctrinæ (etsi sub involucri fabularum) cuius entitas sublata à factis, & quibus rapuerunt Ethnici fures. Eritne fabula, quam in fabulis refert Ovidius lib. 1. *Metamorph.* 7.

Ovid.

Esse quoque in fatiis reminiscitur affore tempus,
 Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
 Ardeat & mundi moles operosa labore?

Et confla-
gratio or-
bis

Hæc sunt verba & sensus Ethnicorum: nunquid alius nostratum? Nullo modo: ex quo fonte manavit ecpyrosis, five conflagratio orbis, deducta notitia lapsus daemonis. Quis Philosophos docuit huius incendiij, & prius cathaclysmi veritatem? Vide gregem apud Lipsium 2. *Physiolog.* cap. 21. & 22. Dum nos ex illis demonstramus, verba illorum profereamus & non sensus? Apage.

Plat.
Gentian.
Certamen
Herculis
cum rege da-
monum.

48 Clemens Alexandrin. 6. cap. lib. 5. *Stromat.* Plato (prodit) 10. *de Legibus*, aperte ostendit illud Apostolicum: Non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem; sed adversus principatus, adversus potestates, adversus spiritualia eorum que sunt in cælis, scribens hoc modo: Quoniam enim eis concessimus, nobis quidem esse cælum multis bonis plenum, esse autem etiam contrarij; pluribus autem, qui non sunt eiusmodi, est eiusmodi pugna immortalis. Quod exponens Gentianus Hervetus profert: A nobis accepit Plato quod dixit, in cælis esse bona & mala, & ideo opus esse cautione. Per cælos intelligit aërem, quem Paulus vocavit cælestia, in eo autem sunt boni & mali spiritus. Dicitur principatus, sicut Lucifer Princeps huius mundi, Ioann. 12. 31. propter deditionem malorum: cuius ejectione foras figurata in Hercule mortis victore. Ita Admetus alloquitur illum redvivâ uxore apud Euripidem in *Aleesi.* à v. 1135.

Euripid.

O maximi Iovis generose filii!
 Beatus sit, & pater qui te genuit:
 Quomodo banc reduxisti ex inferis in istam lucem?

Respondet Alcides: Commisit pugna cum rege demonum. Natura humana exposita huiusmodi potestatibus, pugna Christi translata in vitam; quia evacuavit principatus, ut acciperet in sponsam. Audienda fabula, vel historia lepida, cuius meminit Gyrard de *Genio*, Syntagm. 15. & refert Pausanias in *Helia.* cap. 184. Quia Heros quidam Temessa corruit, violatâ virgine; quotannis, quæ formosissima esse videretur, virgo Manibus femina devovenda: eequidem nullum finem saviendi in cuiuslibet ætatis hominem faciebant umbra. Fortè cum venisset Euthymus eo ipso tempore, quo solenne numini sacrum fiebat, ibi virginem conspicatus, primò misericordia commotus, deinde etiam amore incensus; ac puellam quidem, si ab eo servata esset, se in eius manum conventuram fidem dedisset; armis igitur captis (subdit Pausanias) cum Genio congressus, illum victum manibus & agro fecit excedere: sublatusque prorsus ex hominibus, & incolarum cætu, in mare se demersit. Si consideres Heroem Adamum, qui virginem vitavit corruptione naturam, ex tunc expositam Averni umbris, quarum sub potestate generaliter tenebatur humana captivitas, quoniam Euthymus, id est, felix & bonus, assertor lesus pugnavit, Genium vicit, in abyssi profunda demersit, virginem liberavit, in sponsamque liberam duxit; nequaquam extra chorum saltabis. Lapide sanequam philosophali quod erat plumbum, demonstrasti æstimabile aurum.

Euthymi
etiam.

Pausan.

Libertas ge-
neris huma-
ni per Chri-
stum.

49 Angeli sancti sunt administratorij hominum spiritus, id est, anima: demones autem tantum circulatores, ut asserit ex Theologis Eximius Doctor lib. 1. *de Angel.* cap. 1. n. 8. eequidem minime ductor dicendus est, qui insidiator: unde non habent demones illam in animas dominationem, quam habent Angeli pacis, tum quia hos inveniant animæ ad rationis instar amissim, tum quia in illis adhuc sine reflexione antipathicè cognoscunt hostilitatem. Cognovit Procles apud Buleng. cap. 24. Nescio quos affectuum voluptatumque sermones insurrant, non quod nobis dominantur, sed quod insurgent. Ita etiam profert Aug. scrip. 197. *de Tempor.* canitque Prudentius in *Perisæpb.* & 1316.

Procl.

Adsunt & illie spiritus,
 Sunt, sed misisti criminum,
 Vestra & salutis aucupes,
 Vagi, impotentes, fordidî,
 Qui vos latenter incitos
 In omnem compellant scelus.

Prudent.

Sic ergo 1. *Paralip.* 21. 1. dicitur: Consiurexistis adhuc Satan contra Israël, & incitavit David, ut numeraret Israël. Hos spiritus nequam, qui dicuntur incitatione ad culpam spiritualia nequitiæ, ad *Ephes.* 6. 12. destinat Deus prævaricatores prævaricantium in pœnam. Quare *Psal.* 77. 49. Misisti in eos iram indignationis sue, &c. per Angelos malos. Idem *Prov.* 17. 11. Quid Ethnici?

Cognove-
runt, per De-
mones pœ-
nas immit-
ti.

Magna quædam vis per adversos Genios
 Ferijt, ferijt hanc domum per cædes.

Euripid.

Eurip. in *Orest.* v. 1549. & *Virg.* 2. *Æneid.* v. 735. succinit in propositum;
 Hic mihi nescio quod trepido malè numen amicum
 Confusam eripuit mentem.

Virgil.

Quo loc. La-Zerda n. 1. Signat Malè numen Damona, non Theon. Plutarch. in *Pericli.* ait: A pernicioso demone: & in *Sertor.* de Perpenna refert dixisse: Quisnam demon improbus de malo in peius nos continuò differt? Porphyri. apud Theodoret. in *Græcos*, serm. 3. Omne negotium per contrarios spiritus perficitur: ad decipiendum apti mali isti demones. Pende que dicuntur 3. *Reg.* 22. à v. 21. Plura si desiderantur, videnda apud Maiol. ubi supr. *Colloq.* 3. Plato certè in ut. *de Republ.* dicit his verbis (instit Clem. Alex. ubi dudum) His viri agrestes ignito aspectu cum astitissent, &c. Viri enim illi igniti ei volunt significare Angelos, qui assumptos iniustos puniunt. Qui facit inquit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem. Alia sane promerem, sed habeo congesta in Bibliam totam ex Ethnicis, quod quidem opus faciam & perficiam, Deo volente, & vita comite: alioquin iacebunt in Adversarijs.

Plutarch.
Et Hieron.
Inegressioni

Plat.

Clem. Alex.

50 Ex his ergo elucet, Ethnicos habuisse Angelorum notitiam: eequidem si in libris sacris perspicua, & à Navarro conceditur, Ethnicos Philosophos ex interpolata historia Moysis, etsi furtim, ita deprompsisse; ut neque à Doctore Christiano magis conceptis verbis dici posset (pater præfatis illorum auctoritativis, sacris confonis) quo pacto illos fugit Angelorum notitia, quam habuerunt stabilem ex sacra pagina? Cognoscunt ex numeribus esse Angelorum naturam, & nequaquam existentiam? Longè à philosophia ratiocinium. Unde ipse clarissimus Magister promens (& pressus à ratione) vestigia Eximij Suarj *de Angel.* lib. 1. cap. 1. num. 1. conceptis verbis ait, *Prolegom.* 5. num. 3. Igitur dari in mundo creaturas intellectuales, homine superiores, & Angelorum nomine significatas, soli Athei, Deum esse negantes, negare possunt. Hocine astruit Navarrus, & refragatur cognitioni Ethnicorum? Univeri præter Epicureos philosophi, non tantum non Athei, imò Philothei dicti: ergo cognoverunt dari in mundo creaturas intellectuales, homine superiores, & Angelorum nomine significatas. Hæc est sententia nostra. Quo mentis recessu poterant cogitare has esse dumtaxat animas rationales; si anima non est homine superior, nec nomine Angelorum suapte naturâ insignitur? Si inquirat reliqua harum intelligentiarum insignia; demonstravimus à n. 40. ex ipsis Ethnicis & à nostris Catholicis expositis.

Navarr.

51 Sanequam difficilem esse hominibus cognitionem naturalem existentie Angelorum, insicior, sed naturæ fateor. De alijs autem Dijs, quos Demonas vocamus, de illorum videlicet generatione dicere, vel rem tantam animo concipere, maius quiddam est, quam natura nostræ facultas ferat. Hæc Plato in *Timeo*. Astruit utique existentie cognitionem, qui existentis fateatur ignorare, uti abstrusam, quidditate m. Hecateus de *Ægyptijs* inquit: Memphis a sacratio Agatbodemonis naturæ labyrinthum ex antiqua traditione apponere solebant, ad indicandum ad illum difficilem accessum. Semoti n. sunt spiritus ab hominum aspectu, insensibiles, elati & ultra inferiora nostra. Quapropter Augustin. *Medit.* 27. num. 4. exclamat: O res mira, omnique stupore dignissima! De Deo quidem Creatore omnium, qui est incomprehensibilis & ineffabilis, excessus & mirabilis nimis, omni remotâ ambiguitate legimus, loquimur & scribimus: de Angelis autem & animabus quicquid dicimus, non tam evidenter approbare possumus. Utique de natura, sed nequaquam de existentia: dicit Aquila mystica ibid. num. 3. Quomodo illam Angelicæ dignitatis celsitudinem comprehendere poterimus (perpende *Comprehendere*,

Hecat.
Difficilis est
cognitio an-
gelorum na-
tura, non
existentia.

KL

de

de quo infra) quando nec ipsius anime nostre naturam (in signis vox!) investigare valemus? Qualis est ista tam fortis, tam infirma, tam parva, tam magna. Ex quo grave & indissolubile argumentum. Quia animam nostram non cognoscimus, non cognoscimus animam? Quia non videmus, ignoramus? Quia fugit cognitionem essentia quidditas, peribit existentia realitas? Statuenda cognitio existentia entitatis, licet sit non ignorantia, sed nescientia conditionis. Scimus enim, tamen nesciamus, non solum esse animam, sed hanc spiritum rationalem. Non secus in Angelorum cognitione. Nescimus, quo gradu spiritualitatis gaudent Angeli, qua intelligentia, qua subtilitate, qua habitudine ad theophasias, videlicet illuminationes divinas, quo fastigio intellectio- nis, qua inferioritate erga Deum, qua praestantia erga homines, &c. nihilominus tamen scimus illos esse naturam mediam inter Deum & homines, illo inferiorem, his superio- rem, quorum spiritualitatem, habitudinem & intellectioem cognoscimus non posse quidditative cognoscere; sed cognoscimus existere: incognita ergo existentia, affirmatio vel negatio prorsus nulla. Nihil quit affirmari vel negari de non ente.

Aliud est cognoscere quidditatem, et aliud quidditari-vo.

Augustin.

Navarr.

Si quidditas, vel ali- qualiter nota, potest magis existens.

Platarch.

Navarr.

52 Inconscium censeo homines naturaliter nequire Angelos quidditative cog- noscere; sed posse aliquo modo cognoscere quidditatem, ut patet in nostra anima, cuius quidditas cognoscitur usque ad eius differentiam specificam, nimirum rationalitatem; & tamen non quidditative, quippe non cognoscitur per propriam substantiam ac speci- em. Similiter non tantum cognoscimus existentiam Angelorum, sed aliquomodo quidditatem; at minime quidditative: etenim cum cognitio quidditativa non solum comprehendat praedicata communia, sed & propria, eo modo quo propria sunt, unde proprie positiva cognitio; repugnat homini quidditative Angelos cognoscere in hoc statu, sed nullo modo per connotationes, aut conceptus confusos, quibus homines in hac vita quidditatem substantiarum intellectualium aliquo modo intelligimus, cognoscent- tes non solum possibiles esse, imo esse de facto, ut aluit nervose Suarius *Metaph.* dif- put. 35. sect. 2. num. 8. Falsissimum est, Angelos de facto existere, sola fide pronunciar- posse; ut intendit Navarrus ibid. cum Ethnici ab ipsis etiam demonibus didicerint, uti late probat Vives lib. 1. de *Veritat. fidei Christian.* titul. de *Angel. & homin. peccat.* & vi- debimus infra num. 55. Dum Augustinus dicit: *Angelos novimus ex fide, non signat aliter non posse cognosci, sed fidem opponit visui.* Ita auctoritas prout iacet: *Quamvis non videamus apparitionem Angelorum (abscondita est enim ab oculis nostris) tamen esse An- gelos novimus ex fide, & multis apparuisse scriptum legimus, & tenemus, nec inde dubitare fas nobis est.* Quinimo ad cognitionem Ethnicorum sufficit notitia Angelorum existentia (quam nos habemus per fidem) etsi non crederint, praet. ut Deo revelatur, ut diximus num. 29. Suffragatur Doctissim. Navarrus (dum ratio incipit premere, pres- sum urget) dicens: *Nemo ex Philosophis lumine fidei carentibus Angelorum existentiam certo affirmare; neque etiam nisi temere, negare potest.* Ibid. num. 3. Ita me Dij ament, ni cognoscerem genium Auctoris, primo aspectu dicerem terminis implicari. Cognove- runt Philosophi fide carentes Angelorum existentiam? Nullo modo dicit. Quo ergo pacto, nisi temere nemo negare potest, si non cognovit? Unde temeritas? Si cognove- runt, quomodo quod cognoverunt, certo affirmare non possunt? Temeritatis esset ob- cecatio, certo non affirmare, quod affirmabat cognitio. Quid adstruendum? *An vox gra- vis & sapientissima?* ut ait Plutarchus de *Defect. Oraculorum.* Qualis? Heccine. *Si rejicitur, multa qua valent fieri, nec tamen ratione demonstrari, tollit: si probatur, multa secum trahit, qua fieri vel existere non valent.* Ergo fatendum est Philosophos fi- de vaquos Angelos cognovisse, & non cognovisse. Utique, & sine implicatione. Non loquitur Navarrus cacizotechnice, sed enthusiasmicè. Dicit quod D. Thomas & ceteri PP. Ethnicos nempe, Angelos non cognovisse quidditative, etsi cognoscerent aliqua- tenus quidditatem: non cognovisse, quid essent; sed quod essent: iccirco eorumdem existentiam, nisi temere, nullus horum inficiabitur. Nobis etiam fide imbutis ferè idem contingit: fatemur esse, sed quid esse, nescimus. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quapropter, ut observat Angel. Magist. 2. *dist. 6. art. 1.* Augustinus pauca de Angelis dixit; quippequam recondita non solum a sensibus, sed & a naturali perspicuore ratione quidditas, proprietates, motus & operationes. Si multorum, quæ sensibus probantur, latet rationem essentia, ut claret in coloribus, speciebus propriis visum informantibus, quò tendet ratio in comprehensionem quidditativam sine propor- tionata Angelorum specie? Si nos fugit, nisi aliquo modo, Angelorum essentia fideles, quomodo comprehendetur à profanis? *Nihil constans de Angelorum natura & existen- tia*

ta Ethnicos sensisse, asserit Navarrus *Proleg.* 1. num. 12. Ergo aliquid dixerunt etsi in- conitans, non solum de existentia; sed de natura. Quamvis concedamus nihil de natura dixisse, habemus intentum: etenim si non cognovissent existere, nihil vel inconstans po- terant affirmare. Unde igitur inconstantia, videbimus in corruptione notitia.

53 Hucusque duntaxat velitatio. Clasicum enim canimus ex Scriptura, relicta, quæ Anast. Sinaït. *quest. 57.* in *Scip.* de Angelis aluit in lege naturæ, Dionys. de *Cœ- lest. Hierarch.* cap. 9. §. 3. de Angelo doctore Melchisedech, etiam inter Ethnicos; & alijs, de quibus Augul. 18. de *Civ.* cap. 47. qui memores nominis Domini, etiam in nocte Ethnicismi, igitur lux vera illuminat omnem hominem venientem in hunc mun- dum. Utique firmum, Nabuchum Magnum aliquando fuisse idololatram (aliqui dicunt, nonnunquam) idè statuit adorandum non solum numen fictum, sed se in statua aurea. Renauerat tres verè Israëlita: succensit, in fornacem ignis misit, Deus per Angelum liberavit, Ethnicus obstupuit, & inter congregatos Satrapas & magistratus, iudices, & potentes, *erumpens Nabuchodonosor ait: Benedixit Deus eorum (Sitarach, videlicet, Misach & Abdenago) qui misit Angelum suum, & eruit servos suos, qui speraverunt in eum.* Vides ab Ethnico designari naturas, summam, mediam, infimam: Deum, An- gelum, & homines servos Dei. Sic igitur vel ab Ethnicis signatur triplex naturarum in- tellectualium differentia. Vide Maxim. Tyr. *serm.* 26. Platon. in *Timeo*, & Plutarch. tum in *Numa*, cum de *Oracul. defect.* A Synefio *Hymn.* 4. v. 147. indigitatur *Hypate, Mese, Nete*; hoc est, suprema, media, infima: ex quibus Sadducei non negab- ant primam, sed secundam & tertiam. *Act.* 23. 8. Aluit D. Thomas 1. p. q. 50. art. 1. ad 1. *Substantia incorporea (ait) medium sunt inter Deum & creaturas corporales.* Bernard. *serm.* 2. in *Vigil. Nativ.* aliq. PP. probat etiam subtiliter, & luculenter Exim. Suarius, quo supr. a num. 8. *sect.* 1. Unde liquet, non potuisse Regem Ethni- cum per Angelum intelligere animam separatam, quæ medium non est inter Deum & hominem. Si totum, extremum infimum; quomodo pars cogitari quibat medium? *Iuxta veram philosophiam (inquit Suarius de Angel. lib. 1. cap. 1. num. 81) anima separata non plus potest circa præcipientem materiam operari, quam possit coniuncta: imò mi- nus, quia corpori coniuncta, saltem per illud poterat alia corpora immutare, quamvis limi- tato & ordinario modo: separata verò nihil potest.* Hinc ut præclari facinoris Ethnico etiam indicare auctorem, Dario Medo, interroganti de salute inter leones, respondit Daniel, 6. 22. *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum.* Si quia simi- lem filio Dei esse dixit, videns Angelum in fornace, cogitas nescire Angelum; transca- rit: mox didicisti vocari, & esse Angelum, quem pridem signaverat similem filio Dei, habuit- que notitiam Angelorum, & per fideles, quamvis nec vidisset, nec credidisset, quod credidit; ut minime dubitare possit de existentia Angelorum, quamvis Ethnicus nesci- ret intelligentia separatam conditionem, qua de causa dixit visam, filio Dei similem, id est, phrasè Biblicæ, humanam pulchritudinem excedentem, & illud usque visis præstan- tiorem.

Cognovisse Angelos com. stat ex Scri- ptura.

Dan. 3. 95

Synef.

D. Thom.

Anima non quit esse in- dium inter Deum & ho- minem. Suar.

54 Ex his patet, quàm à veritate alienum, inter Hebræos invaluisse sententiam, Angelos nihil aliud esse nisi animam rationalem. Cognoverunt Ethnici naturam aliquo- modo, & existentiam per illos, & illi non cognoverunt? Ignorare quibant substantias spirituales, sublimes humanis intelligentias, cum penè omnes sacri eloquij pagine testarentur? Ignoravit Philo dicens: *Quos Philosophi Genios, Moyses vocat Angelos?* Dices animas? Infra videbis, a num. 69. Ex Theologis illorum Pharisei erant, de quibus negantibus Sadduceis *Angelum & Spiritum* (id est, substantiam intellectualem completam, & incompletam; eequidem si incompletam faterentur per se existentem, confiteri debebant, quam inficiabantur, hominum resurrectionem) dicitur *Act.* loc. præf. *Pharisæi autem utraque confitentur.* Etiam credebant Esseni: dicit expresse Iosephus lib. 2. de *Bello Iud.* cap. 7. Testimonium ab impugnatore sic transcribitur, *Proleg.* 1. n. 361. *Quibus execrationibus explorant nomina Angelorum, & quasi præmuniunt accedentes.* In Iosepho autem nec Græcè, nec Latine sic legitur, sed ita: Inter alia, Ty- rones iurant, *fugere latrocinia, & conservatum ire simul & dogmatis sui libros, & An- gelorum nomina.* His quidem execrationibus explorant & quasi præmuniunt accedentes. Non explorabant nomina Angelorum, sed iuramento servandi nomina horum, animos explorabant accedentium. Si qualia nomina desideras, adi Maiolum, quò supr. *Colloq.* 3. fol. 95. Ex quo sequitur Ethnicus cognovisse Angelos, cognoscentibus Hebræis: si- quidem expulso Hebræorum idem iuxta Navarrum ac Gentilium: & de Hebræis nemo

Phil.

Dogmata Phariseor., & Essenorum nostri catholici sen- tur. Ioseph.

ambigit cognovisse, & etiam credidisse Angelorum existentiam. Dicere autem sensum Sanctor. PP. coherere cum sensu Ethnicorum, substantias Angelicas negantium, ut asseritur tor. §. 8. dicentem in alio audaciam. Torquet ingenia, dum retorquet testimonium. In SS. Patribus de huiusmodi ratiocinio nec cogitatio.

55 Iuxta doctrinam D. Thomae 1. p. q. 50. art. 2. in corp. & q. 84. art. 7. ad 3. alijque plurimis locis, Anima hic non cognoscit substantias separatas quid sunt secundum speciem, sed quia sunt. Unde ergo Philosophi ingeniosissimi, & maxime lectis sacris paginis, haec substantias, quas nos Angelos dicimus, dicuntque PP. quia sunt, ignorare potuerunt? Angelos quoque etiam Plato non negavit, ait Tertull. Apolog. cap. 22. Idem Minutius Felix in Octav. roborat; Quid Plato (inquit) qui invenire Deum, negotium credidit? Nonne, & Angelos sine negotio narrat, & Demones? Augustin. 9. Civ. cap. 19. Sed ne de verbis etiam nos certare videamur, quoniam nonnulli istorum Demoniacorum in quibus & Labeo est, eosdem perhibent, ab alijs Angelos dici, quos ipsi demones nuncupant; iam mihi de bonis Angelis aliquid video differendum. Et de Porphyrio Platonico, lib. 10. cap. 26. Tam dixisti Angelos. Arnobius lib. 1. advers. Gentes, cap. 8. de quodam insigni Mago asserit: Aegyptiorum ex adytis, Angelorum potentiam, nomina, & remotas furatus est potestates. Kircher. lib. 3. Obel. cap. 9. de Aegyptijs: Sub his fabulis maxima quaevis mysteria de Deo, de Mundo, de Angelis, teste Lamblico, ad anagogicas confugientes explicandi rationes, exprimere sunt conati. Pier. Valer. lib. 33. Hieroglyph. cap. 6. Divos, five Angelos, & ut veteres dicebant, Genios. Ex Oraculo Delphico (nec mireris, cum plurima fidei mysteria, cogit Augustin. loc. cit. n. 53. revelata Paganis per malos Angelos) invenies profa in Eugubino, lib. 3. de Perenn. Philo. carmine, apud Bulenger. cap. 25. & Leonard. Marium, Prolegom. in Script. q. 1. sect. 3. num. 22. igitur postquam Numen verum Deum non signavit; desijt:

Exigua verò pars Dei nos Angeli.

Denique Marsil. Ficinus in Praem. ad 9. de Legib. ait: Si nomen Demonis horres, vel concedenti Platoni, Angelum nominato. Defuntae testimonia, quanvis de vocibus esset de certatio? Si differentiam bonorum & malorum Angelorum adepti, existentiae nonne gnari?

56 Angeli dicuntur Genij, seu demones boni & mali: apud Christianos Angeli proprie boni, demones mali. Ita Bulenger. cap. 23. & Augustin. quo dudum lib. 8. cap. 14. & 9. cap. 19. Nos autem sicut Scriptura loquitur, Angelos quidem partim bonos, partim malos, nunquam verò bonos demones legimus. Euripides in Electr. v. 1233. succinit:

Apparent nescio qui demones, aut Dij caelestes.

Vide late Passeratum in Propert. lib. 4. Eleg. 9. vers. 41. & Servium ad illud Virgil. 6. Aeneid. vers. 743. Quisquis suos patitur Manes, Plato, ut vidimus, Angelos cognovit, & Demones. Pravos demones non Empedocles tam Heraclion reliquit, verum etiam Plato, Xenocrates, Chryssippus: subdit Plutarch. De sect. Oracul. & Clemens Alex. lib. 3. Strom. cap. 5. de Magis: Ut Angelos & Demones colant. Si Ethnici Angelorum cognoverunt & in homines malignitatem, & benignam efficacem propensionem, inficiabuntur etiam apud imperitos entitate? Qua nova physica vel metaphysica haec sine subiecto? Claret, ni fallor, argumentum in sensus impugnatore. Quia Aristoteles negat Demones; arguit Proleg. 1. num. 24. non cognovisse substantias separatas, intellectuales, quas Angelos dicimus: ergo si Ethnici cognoverunt, ut patet per textus, cognoverunt nostros Angelos. Perpendat quid dicit Exim. Doctor, quo sup. de Angel. num. 7. Etiam Gentiles omnes & infideles pro comperto habent esse aliquas res, seu substantias indivisibiles, superiores homine, quae possunt illi nocere, ac benefacere, à quibus & oracula expectabant, & beneficia petebant, & nocumenta timebant (de quibus in Historijs & antiquis Philosophis frequens est sermo; ut notat Lactant. lib. 2. Divin. Instit. Theodor. lib. 3. contra. Graec. & Cyprian. lib. de Idol. vanit.) quas Angelos vocamus. Antiquiorem Philosophia Ionica, cuius primus publicus Professor Thales; ac Italica, cuius coriphæus Pherecydes, noritiam signemus. Michael Schaia in Cathologo libror. Mercurij Trismegisti, in fit: Scripsit librum de Deo & Angelis, eorumque natura. Plus asserit, quam defendimus. Item alium librum de Demonibus, eorumque ordine, & officio in mundo. Nihil amplius desiderandum.

57 De Aegyptijs Mythis diximus ex Kircher. num. 44. sequiturque propositum ex Abenragel Copto loc. cit. & seq. Schematism. 1. Nri brevitati consulerem, & gaude-

rem

Plato & alij repressè fa- rentur An- gelos. Tertull. Minut. Fel. Augustin. Arnob. Lamblic. Pier. Marsil. Fic. Buleng. August. Eurip. Plutarch. Clem. Alex. Di bonos & malos. Saar. Schaia.

rem (sed tædet) ad alio ornatu; ex multiugi huius Auctoris in cunctis singularis, in- signique eruditione possem replere, vel excerptando, non tam folia, quam volumina. Videat Lector in Oedip. Aegyptiae. part. 2. Claf. 6. testimonium Ethnicorum de Genijs mundi, & Demonibus, eorumque varijs classibus & choris. Ibi docetur Theologiam Platoniam, Pythagoricam, Orphicam, Hermeticam non esse aliud nisi arcanam Aegyptiorum sapientiam hieroglyphicis signis contentam. In hac eruditus Moyses, uti dixi Tautolog. 3. num. 23. Deinde part. 1. Sintagm. 4. cui titul. Simia Aegyptiaca, probat, hunc sensum nostrum habuisse, & non fide illuminatos modò habere, Indos, Perias, Sinas, Iaponas, Tartaros, Aethiops, & novi orbis cunctos incolas. Sat ibi perpicuarum auctoritatum, quibus etiam videbis illustratum Confucium. Iuxta D. Thom. 1. part. quest. 12. art. 1. in corp. Inest homini naturale desiderium cognoscendi causam, cum intuetur effectum, & ex hoc admiratio in hominibus consurgit. Experimento enim scitur (subdit quest. 115. art. 5.) multa per demones fieri, quae excitant admirationem, ad quae nullo modo virtus caelestium corporum sufficeret: puta, quòd arreptitij loquuntur lingua ignota, quòd recitant versus & auctoritates, quas nunquam sciverunt: quòd necromantici faciunt statuas loqui & moveri, & similia; ex quibus Platonici moti fuerunt, ut ponerent Demones. Ergo ne frustraretur desiderium, pertingere debebat intellectus rationalis Ethnicorum, in cognitionem substantiarum separatarum intellectua- lium, horum mirabilium auctorum, in quibus ampliore in intelligendo cognosce- bant perpicaciam, & simul maiorem in operando potentiam. Alias demonstrationes apud Suarium invenies locis cit. & de impossibili operatione animae separatae in huius- modi mania, de Anima, lib. 6. cap. 2. Cognoscebant esse aliquid superius, etsi nescirent quid illud superius erat. Anima separata nequibat esse, uti demòstravi, num. 53. ex Suario: propria nullo modò, quippe operationes superabant vires: aliena minùs, equi- dem nequit esse in corpore humano, quin illud intormet. Quomodò, & quam pri- mus actus primi, & rapere, vel praecipitare operationes formae propriae pere- grina quibat forma? Ergo (concludit D. Thom. Opusc. 15. cap. 2.) cognoscebant aliqua fieri non posse nisi per aliquam intellectualem substantiam, cuius quidditatem ignora- bant, & existentiam, velint nolint, cognoscebant. Ita etiam Hebraei obsecrati, ne da- rent gloriam Deo, videntes Christi & Ioannis Baptista operationes mirabiles, facultatem hominum excedentes, dixerunt Dæmonium habere Paretrum, de quo egimus Tom. 1. Tautolog. 5. num. 19. Hinc quoque Rabbinii sequentes patrum vestigia, hinc runt Chri- stum furatum è templo nomen Dei Schembamphorasab (de quo Rabb. Simcon ex Me- drasch Tillim: in saeculo futuro Deus notum faciet) & per illud tanta miracula edidit- se, velut etiam Simonem Magum. Ita refert perfidus Ioannes Saubertus de Sacrific. Veterum cap. 3. & qua Christus industria hoc nomen chaumaturgum furripuerit, in- videntur citat non videndos, sed comburendos haereticos, quos beatos pradicat, Ioann. Mullerum in Prolegom. Iudaism. cap. 6. & Christophor. Helvicum, tom. 4. Diss. Giffens. quest. 3. num. 11.

58 Ergo restat rimati (rimula sufficit) quam distortè, posticèque sensum Pri- scorum, contra illorum Philosophiam, Theologiamque naturalem, exponi pro anima rationali, diversis statibus constituta. Prius igitur in huiusmodi provinciam, qua non magni laboris, exponenda sunt acceptiones vocum, Deus videlicet, Genius, Angelus, Demon, Anima, Lar, Lemur, & cetera huius scenae terrenalimenta. Vox Deus à Gen- tilibus usurpatur pro qualibet re excellenti, & cum veneratione rei significata per no- men, in quo error: equidem in commendationem & exprissionem excellentiae laepe in- venit etiam in Scriptura pro superlativo, uti statuimus Tautolog. 4. num. 25. & Tom. 3. Tautolog. 9. num. 39. Unde Eugub. lib. 8. cap. 1. Nomen Deorum (ait) sa- pe tributum hominibus mortuis superioribus caelestibus corporibus, stellis, & etiam substantijs separatis. Pro Heroibus videndum n. 65. Pro Angelis, vidimus n. 36. 42. & 43. quos secundos Deos vocabant. Pro demone, ipse dixit in Delphico Oraculo apud Leonard. Mar. ubi sup. Non occurrit Deus, nec ego ipse. Terent. in Phorm. Act. 1. scen. 2. v. 24. Deo irato. Ubi Schrevelius: Deo irato, Genio malo: Graeci Alastore. Item pro numine benefico, in Diaboli oppositionem. Quid utilissimum? Deus. Quid no- centissimum? Demon. Ita respondisse Regem Aethiopiae Amati Aegyptiorum Principi, tradit Conr. Lycolthen. in Apophthegm. verb. Enigma. Similiterque Plutarch. in Eva- gora, inquit: Vel Deus, vel Demon. Pro anima separata Apulicus loc. cit. Honoris gra- tia Dei vocabulum additum est. De huiusmodi argumento plura diximus Tautolog. praec.

Nri Angeli à toto orbis Ethnicissimo.

Kircher.

D. Thom.

Ratio à priori.

Idem.

Quodnam nomen Dei chaumatur- gum?

Rab. Sim.

Nomen Deus pro re mira- bili.

Eugub.

Pro Angelis demonijs, beribus & animabus. Plutarch. Apulci.